


Q. K. 351, 31.

T, 166.

DISPUTATIONUM ETHICARUM  
UNDECIMA JUXTA AC ULTIMA  
DE  
Voluptate & Felicitate Contemplativa.



X1860631

è lib. 10. οὐθικῶν Νικομάχεων,

Quam  
JEHOVAH PRÆSIDE  
In Illustri LIPSIENSIS Academia

M. ANDRÆ BAUER  
CIZENSIS

pro virili defendet  
JOHANNES HEINTZIUS JOACHIMI-  
CO-VALLENSIS art. lib. & Philosoph. Baccal.

Ad d. 28. Septembris horis & loco solitis.



LIPSIAE,  
Describatur apud Laurentium Cober.  
ANNO M.DC.XVI.





## PROOEMIUM.



Niversam moralem disciplinam, de-  
cē libris ad Nicomachum concinna-  
tam, ad quatuor potiss: capita Philo-  
sophus revocare videtur, l. 10. Eth. c.  
5. ita ut Primum agat de beatitudi-  
ne & felicitate, ceu fine palmario, l.  
1. & circa finem l. 10. Alterum de virtute, tanquam fe-  
licitatis causa efficiente, l. 2. usq; ad. cap. 11. l. 3. Ter-  
tium de amicitia, fida illa virtutum vel comite vel pro-  
pagine, in qua, quam expeditat coluisse vitutem, ceu spe-  
culo quodam lucidissimo apparet, in 8. & 9. lib. Quartum  
denique, ne quid ad vitæ beatæ perfectionem & ju-  
cunditatem disideretur, de voluptate: de qua, ut & do-  
lore, docetur partim in l. 2. cap. 3. ut bonorum & malo-  
rum indiciis: partim circa finem. lib. 7. ceu dispositio-  
num materiis: partim lib. 10. ceu individuā beatitu-  
dinis comite: Ut enim sol non est absque lumine exhiba-  
rante: sic beatitudo nunquam est absque voluptate de-  
lectante. Quid enim magis delectare possit, quam de-  
siderii complementum, & finis summi adeptio? Quia  
verò ad plenariam rei cognitionem requiritur, ut non  
saltem in sua essentia cognoscatur, verum etiam ut es-  
sentiam comitantia intelligantur. Zabar: 1. lib. An;

A 2

Et

*Et nos, ope infiniti Boni, in exhausta sapientiae Philosophi tam præcepta, quam methodum pressè seqvuti, indisquisitionibus antegressis tria priora membra contemplati sumus; ordinis ratio nunc postulare videtur, ut vel ultimum membrum scilicet: Voluptatem, felicitati perpetuò copulatam, nec non, circulo velutifacto, Felicitatem paucis adhuc cum Philosopho consideren us, adeoq; totam hanc tractationem Ethicam, Bono cum Deo, concludamus.*

## THEISIS I.

*Doctrina  
de Voluptate  
et dolore  
est Ethica  
considera-  
tionis.*

*Ras 1.*

*2.*

*3.*

*Veterum o-  
piniones de  
Voluptate.*



*E voluptate & dolore doctrinam à morali disciplina non esse alienam, exinde constat. 1. quia voluptas naturae humanae maximè est conjuncta: Id cincò pueros qui instituunt, industrios voluptate, ingavos dolore, ceu gubernaculo moderantur. 2. quia in voluptate μεγάλην τε καὶ δύναμιν ad virtutem beatamque vitam est posita. 3. quia plurimum facit ad cognitionem adeoque ad actionem, varias de his ἀμφισβήτορις seu opiniones Philosophorum hac de re cognoscere. cap. I.*

*Nam alius quidem voluptas videtur sumnum bonum: Aliis ne bonum quidem, atque adeò sumum malum: ex his quidem partim, quia ita revera existent, partim, quia etsi aliter existiment, tamen melius ita putent disputare, ut homines ab usum voluptatum immoderato revocarent. Διὸ δῆν εἰς τὸν πενθεῖον ἀνάγειν: οὐδὲ γὰρ οὐτως εἴπει τὸ μέσον.*

*Eudoxus  
dit, Volupta-  
tem esse sum-  
mum bonum.*

*Ratio. I.*

*Verum opinionem hanc mendacii coarguit ipsa autorum vita: ὁ γὰρ φέγγων τῷ ιδοντί ὄφεις ποτὲ ἐφέμενος ποτὲ λαθόντος δοκεῖ αρρενοφόρος αὐτῶν, ὡς τειάυτων θυσια ἀπασσα. Plus autem experientiae in præceptis morum, quam rationum subtilitatib[us] tribui solet. Συγχρόνοι γάρ τοις ἔγγονοις πιστεύονται.*

*Voluptatem esse summum bonum Eudoxus & huius affectiæ acriter contendunt, his fricti rationum momentis. 1. Quia ipso sensu*

sensu cognoscitur, ab omnibus, tam ratione utentibus, quam eius  
expertibus animantibus, expeti. 2. Quia dolor, voluptati con-  
trarius, omnibus maximè fugiendus: utique voluptas maximè  
expetenda. 3. Quia ὁμολόγουντες voluptas est eiusmodi bonum,  
ut non διέλεγον, ταῦτα ξάρην sed καθ' αὐτὸν expetatur, οὐδέτερα γάρ εἰσι τὰς  
τινῶν ἔργα πρέπει, nemo enim requirit, cur voluptate afficiatur.  
4. Quia voluptas quibusvis actionibus addita, facit eas illu-  
striores, ita ut justè & temperanter homines magis agant, si cùm  
voluptate hoc faciant. cap. 2.

V. Allatis sic rationibus, quibus Eudoxius ruinosam suam probare co-  
natus est sententiam, sequitur, ut cuius sint momenti ostendatur, tūm ex  
Platonicorum, qui contrafium statuerunt: tūm ex Aristotelis judicio.

VI. In prima Eudoxi ratione negasse videtur Plato ipsius hypothesin, videlicet, illud esse summum bonum, quod natura ab omnibus expetitur: Sed Aristoteles hoc responsum admitteret, si de solis bestiis quæstio foret instituta: sed cùm vel homines in eundem censem veniant, parum appositè videtur esse responsum. ο γάρ τῶν θοκεῖ, τοῦτο εἶναι φάμεν.

VII. In secunda ratione negavit Plato consequentiam: Non enim, si dolor est per se malum, ideo voluptas ei opposita erit bonum: cùm & malum malo opponatur, utrumque τῷ μηδέτερῳ illi, quod neutrū est. Sed suum judicium interponens Aristoteles dicit: si voluptas & dolor in censi malorum essent, utrumque esset aversandum: sin verò τῷ μηδέτερῳ, tūm aut neutrū, aut utrumque esset fugiendum. Hoc autem ipsis quoque adversatur Platonicis siquidem interdum dolorem, ut malum fugiunt, & voluptatem, ut bonum persequuntur: quod sanè non facerent, si voluptatem reverā malum esse putarent.

VIII. De tertia ratione nihil hōc in loco dicit Philosophus: ad quartum verò dicit: summum bonum nullius rei additione fieri melius: sed voluptuariū alteri bono admistum melius est, & vita voluptuaria, cum prudentia conjuncta, est optabiliōr, quam sine prudentia: utique voluptas non est summum bonum: Sed Aristoteles dicit: si ita sit, ut Plato ait, nec voluptas erit summum bonum, nec aliud quicquā in rebus humanis: quia nullū est in terris bonū, quod non fiat optabilius, addito sibi altero per se bono. Idcirco videtur Plato tollere summum bonum ex rebus humanis, quod in nobis esse possit, quale nunc queritur.

**TX.** Reiectis sic Eudoxi rationibus ex Platoniorum opinione: nec  
ēxūḡt̄ huic refutatōni adhibitā: ordinis ratio postulat, ut Platoniorum rationes nunc audiamus, quibus contrariam suam probare nituntur sententiam, nempe: Nullam voluptatem esse bonam

**Plato contra Eudoxum probat:** cap. 3.

**Nullam vo-**

**luptatem**

**esse bonam.**

**Ratio. 1.**

**Responsio.**

**Aristote-**

**lis.**

**2. Ratio.**

**Responsio.**

**Aristote-**

**lis.**

**1.**

**X.** Ratio prima est, Omne bonum est qualitas. Sed voluptas non est bonum. Ergo non est qualitas. Sed Philosophus respondet ad majorem, dicens: Non omne bonum esse qualitatem, cum neque sub qualitatis ambitu contineantur actiones virtutum: neque ipsa felicitas sit qualitas, quas tamen nemo negat esse bonas.

**XI. 2.** Ratio: Omne bonum est ἀριστόν & terminatum: Voluptas est ἀόριστος infinita: recipit enim contentionem & remissionem. Ergo voluptas non est bona. Respondetur, 1. τὸ recipere magis & minus bifuriam dicitur; vel respectu personarum; vel respectu voluptatis per se sumtæ. Si Priori modo ἀόριστος indefinita censeretur, tum virtutes & earum actiones ob eandem inæqualem vel majorem vel minorem perceptionem infinitæ erunt censendæ, cum justiores aliis alij sint & fortiores fieri possit, ut justè agamus, temperanterque vivamus magis & minus: Posteriori verò modo voluptas quædam non est indefinita: sunt quippe voluptates αὐτικὲς & synceræ: aliæ πυκκαὶ & impuræ: quarum illæ eadem semper manent, licet istæ variarum circumstantiarum contagio infectæ, minus sint definitæ. Deinde per ἔργα: sanitas est ἀριστή definita sua natura, & tamen magis atque minus suscipit. Varia enim est in diversis heminibus: immo in uno etiam eodemq; homine, pro mutatione ætatis, victus, æteris & similium, alia atque alia reperitur.

**3. Ratio**

**XII. 3.** Omne bonum est quiddam ἔλεος perfectum: Voluptas non est quiddam perfectum. Ergo non est bona. Minor probatur, quia nullus motus, οὐντες: nulla generatio γένος, est perfecta. Omnis voluptas est motus & generatio. Ergo nulla voluptas est perfecta. Respondet Philosophus ad minorem & eius probationem.

**Resp. Ari-**

**stotelis.**

**1. Volupta-**

**tes non est**

**motus.**

**2. nec**

**γένος.**

I. voluptas non est motus, quia propriæ motus affectione, veluti τάχος καὶ βεδύθης, ipsi non convenient: etsi enim quis intet speratæ affici possit latencia, sicut & jrā: voluptate tamen celeriter, frui non potest. 2. Nec est γένος. Nam si voluptas esset generatio eius rei, cuius ipsa generatio, dolor esset interitus. Non enim quodvis ex quovis generatur, sed ex eo, in quod disolvitur: hoc verò de



de dolore affirmari nequit, siquidem qui dolore! efficitur non corrumpitur, nec qui voluptate, generatur.

XIII. Nec ullius est momenti, quod probationis loco afferunt, *Instans*:  
ideò esse γένετη nuncupandam, cùm sit τὸ κατὰ φύσιν ἀναπλήσιος,  
expletio eius rei, quæ secundum naturam est: Sicut dolor, τὸ κατὰ φύσιν ἔρδεια penuri. Nam 1. expletio & penuria sunt σωματικαὶ πάθει *Solut.*  
affectiones corporis: & ita corpus afficeretur voluptate: & dolore: Hoc enim est, quod proprie expletur. 2. non est ipsa expletio, sed eam comitatur. 3. distinguendæ sunt voluptates, quæ vel naturam corporis sequuntur, in tactu & gustu positæ, ubi voluptatem repletionis præcedit penuria dolor: vel sunt αἰλυτοι sine dolore, cuiusmodi sunt, quæ ex liberali doctrina percipiuntur, vel è sensibus, vel quæ è memoriæ penu deponuntur.

XIV. 4. Ignominiosum & probrosum non est bonum: *Voluptates* sunt ignominiosæ & probrosæ. Ergò voluptates non sunt bona. *4. Ratio:*  
*Respondet*: 1. esse fallaciam accidentis: multa enim sunt iucunda, *Responsi-* *Aristote-*  
sed non nisi vitio & perversa ratione hominum: non secus ac ægrotis multa videntur esse salubria vel amara: aut sicuti lippientibus *lis.*  
multa videntur esse alba, cùm revera talia non sint. 2. Dicit voluptates quasdam esse expetendas, sed non eas, quæ à turpibus promanant, sicuti neq; omnes diuitiae sunt expetendæ, verbi gratia, quas aliquis prodendo patriam, vel aliis in honestis artibus comparavit. 3. Duplices sunt voluptates: aliæ ex honestis, aliæ ex in honestis rebus percipiuntur, ideoq; non mirum est, alias esse bonas, alias malas.

XV. Concluditur hinc voluptatem non esse absolute bonum; summum non esse ex eo convincitur. 1. quia eò nō referantur omnia, sed ad aliud potius, quod ea comitatur, ut in voluptate puerili, quā nemo cordatus per totam vitam optarit. 2. multa sunt quæ licet voluptatem habeant adjunctam, per se tamen non voluntatis ergò expetuntur, veluti videre, audire, edere, bibere, laborare, peregrinari.

XVI. Atq; hæc ex sententia aliorum de voluptate & quodammodo de dolore sint allata: deinceps ipsius Philosophi sententiam consideraturi de voluptate dicemus, tum ἀποφατικῶς, tum καταφατικῶς, c. 4.

XVII. Voluptatem vero non esse motum hinc patet: Quia omnis motus fit tempore: Nulla voluptas fit in tempore. Ergo nulla voluptas est motus. Major probatur dupli exempli motus 1. οἰκοδομῆς ædificationis vel structuræ cuiuspiam, quæ ut in tempore fit, ita tum demum

per-

*Aristote-*  
*lis sententia*  
*de volupta-*  
*te.*

*Voluptas*  
*non est mo-*  
*tus.*

*1. Ratio.*



perfecta haberur, cùm quod architectus desiderat, effectui detur.  
2. Motus localis & specierum illius, verbi gratia, volatus, incessus, salutationis & aliorum, quæ simil iter fiant in tempore, quod intercedit inter termiuū à quo & ad quē. Minor sic declaratur: Sicut enim sese habet aspectus & visus, ita etiam voluptas. Sed visus non sit in tempore, sed in τῷ νῦν in instanti, Ergo quoque voluptas sit

2. Ratio. in tempore. 2. Ratio: Nullus motus quovis tempore est perfectus, quia omnis motus est in tempore: Omnis voluptas quovis tempore est perfecta. Ergo nulla voluptas est motus. Minor probatur, quia voluptas est in τῷ νῦν, id est, in momento: momentum autem non est tempus, sed initium quasi temporis, ut punctum, linea: pūras, numeri.

*Voluptas est  
τέλος  
πάθεια  
τέλος.* XVIII. Voluptas itaque' est τέλος πάθειας οἰκείων τέλων seu perf. actio quædam actionum & functionum humanarum, ut insensibus videre est, qui omnes erga objectum optimum & pulcherrimum benè affecti inde perficiuntur.

XIX. Sed cùm perfectio sit varia: Sicut τὸ οὐτόπου in valetudine functionis, aliter est causa, η ὑγιεία sanitas: aliter medicus, illa formaliter, hic effectivè: Itaq, τὸ οὐτόπου aliter à sensu facultate, tanquam efficiente, aliter à sensili tanquam objecto, aliter à voluptate tanquam accidente, perfectionem consequente, dicitur. τέλοι γάρ τὸν ιρεγγεῖαν οὐδον, ως τὰς οἰκείας έργας θεάσησαι, αλλ' οὐσίας οἰκείων τέλων τοῖς ἀκμαῖσι οὐδετέρα.

XX. Quod vero nulla voluptas diu perduret in causa, sunt functiones & facultates animæ quæ non sunt perfectæ & legitimè dispositæ, aut eodem modo sese habent, & in actionis principio potissimum vigent. Inde fit, ut voluptates quoq, ab initio sint maiores, & res quoq, novæ plerumq, maiorem delocationem afferant, quam veteres: οὐτα γάρ τὰ άρθρωτα άδυτα συνεχῶς ιρεγγεῖν, nulla actio humana semper continua esse potest: eodem modo animæ functiones suas continent edere nequit: unde pauplatim languescunt, ut ita ipsam quoque voluptatem cessare, aut penitus evanescere necessum sit.

XXI. Utram vero τὸ ζῆν vita experenda nō ob voluptatem, an contraria, voluptas ob vitam, non esse huius loci disquirere ait Philosophus: satis sit scire has res ita esse conjunctas, & amicè conspirare, tanquam conjuges, ut altera sine altera esse nequeat. οὐτο γάρ ιρεγγεῖας,

*γείας, & γίνεται οὐδον: ταῦτα ἐργάσια τιλεῖται οὐδον. Nam sine actu non fit voluptas: omnemque actum perficit voluptas.*

**XXII.** Constat hinc quid sit voluptas: quomodo verò distinguitur, è sequentibus constabit. Voluptates τῷ εἰδεῖ differre hinc convincitur. 1. quia ἐργασίας operationes, differentes specie, perficiunt, ut τὰς διανοήτις, τὰς φύλακας, id quod confirmatur exemplo rerum & naturalium & arte factarum: Nam animantes & arbores, res naturales, quia aliter atq; aliter perficiuntur (animantium perfectio est sensum acumen, arborum fœcunditas) specie quoque differunt, sic & tabulæ pictæ, & sigana, domus, vasa, res artificiosæ: quia harum aliud atque aliud est τιμος, merito, & ipsæ specie inter se differunt. 2. Non quævis voluptas cuivis functioni est familiaris & conjuncta, sed sua cuique est peculiaris, ἐργάσια illam, cui est addita, amplificans augensque: μᾶλλον γὰρ ἔκαστα κείνουσι ταῦτα ξενίζεται, οἱ μέγ' οὐδοντες ἐργάσια, magis singula judicant & exactius absolunt, qui cum voluptate agunt. 3. quia contrarios progenerant effectus, ita ut una alteram impedit, dum iucunda minus iucunda obfuscat aboletque. cap. 5.

**XXIII.** Ex his facilius, quomodo voluptates specie differant, fuerit explicare, nimirum: Primo, sicut actiones: ita & voluptates, iis adnatæ, aliae sunt bona virtutis comites: aliae mala, virtutis adjunctæ: aliae neutræ, quæ medio modo sese habent Ethicè.

**XXIV.** Quæ distinctio insolens haudquaquam videri debet cùm iactuūtæ similiter ita distribuantur; cùm interim voluptas arctiori vinculo functioni jungatur, quam cupiditas. Hæc enim differt ab actione 1. τῇ φύσει: quia actio habitum sequitur, ceu effectus: cupiditas autem est naturalis animi potentia. 2. τῷ χρήμ, quia cupiditas præcedit: actio autem sequitur, cum interim voluptates adeo sint actionibus familiares, ut propter arctissimam conjunctionem eadem videantur, licet revera distinguantur.

**XXV.** Secundò ex instrumentorum & objectorum puritate; quomodo intellectus à sensuum voluptatibus, & hæ a se invicem differunt. Tertiò: quæ specie differunt, voluptates etiam habent specie differentes: sic animalia singula, ut opus proprium, ita & voluptatem, illud comitantem propriam habent. Unde illud

Heracliti:

*Voluptates  
differunt  
specie.*

2.

3.

1.

*Voluptatum  
species.*

*Voluptatum  
divisiones*

2.

3.

Meracliti: ὁνος σύγκατα ἀνέται μᾶλλον χειρόν. ASINOS TRAMINA MALLE, quām aurum; quæ verò eiusdem sunt speciei, voluptates habere easdem, rationi est consentaneum.

XXVI. Nec obstat quod magna sit earum in homine varietas: Nam alia aliis sunt ingrata, non secus ac dulcia, non eodem modo sunt sanis & ægrotis dulcia: Sed in hac diversitate standum est judicio viri prudentis & honesti, & omnium rerum norma constituenda est virtus, ita ut veræ voluptates dicantur illæ, quæ honestis viris tales esse videntur & probantur. Turpes verò illæ, quæ eidem dispergent.

De Felici-  
tate.

Cur hic de  
felicitate  
rursus agat.

Felicitas  
non est ha-  
bitus.

Sed opera-  
tio.

Et quidem  
seria.

Ratio. I.

XXVII. Hactenus principia & adjancta vitæ beatæ: Reliquum est in ipsa felicitate complementum: Agit autem Philosophus bis de beatitudine in. 1. & 10. libro, propterea quod finis in actionibus dupli- cem habeat respectum & considerationem: Unam quidem ratio- ne principii, ut scilicet agentem movet ad actionem aliquam sus- cipiendam: Alteram verò ratione extremi, ut agens actionem ad eum dirigit, ac in eodem terminat. Adde quod hæc beatitudinis consideratio sit non tam boni practici, quam Theoretici, quod se- cundum mentem est, consistitque in rerum divinarum & cœ- lestium contemplatione. cap. 6.

XXVIII. Sciendum autem est, felicitatem non esse ἔξο habitum: alioquin caderet in dormientem, in vitam plantalem agentem, & summis miseriis conflictantem: Sed esse ἐρέγχειν καὶ άυτὸ expetendam. Est enim αὐταρκὴ & suis bonis contenta ac οὐδεὶς ἐρδίνη nullius rei indiga.

XXXI. Ἐρέγχεια verò ista non ludicra, sed σωματικὴ seria esse de- bet, licet etiam ludicra ex, quæ delectationis gratia instituuntur, eodem spectare videantur, quia 1. per se expeti videantur, non emolumenti gratia: notum quippe est, quæ damna ex voluptati- bus & ludis sæpe sequantur, tam in corpore, quam in fortunis, quibus tamē posthabitatis, videre licet multos & fortunarū & vale- tudinis immēores voluptates persequi. 2. Divites, & Tyranni magnis præmiis non raro afficiunt eos, qui jocis tempus fallere & animos à flagellantibus conscientiā stimulis aliquandiu liberare valent.

XXX. Sed Plebia & non Philosophica est hæc opinio, quæ, cum homines imperio ac potestate præditos beatos judicat, eoque in rebus ludicris totos dies occupatos esse videt, actiones queque beatas ludicas esse puras: At Philosophi contraria statuunt, nempe ex talium moribus vita beata & onus non esse petendum. 1. quia vita beatæ forma

non



non consistit in opibus ac imperiis, sed in virtute & internis bonis ac mentis habitibus, ex quibus honestae ac laudabiles actiones promanant. 2. non quilibet, sed honesta saltem est beatitudinis & honestarum actionum comes.

XXXI. *Non igitur, quia Tyranni corporis voluptates aliis omnibus preferunt, eâre meliores revera & sunt & haberi debent. Nam sicut pueri suas etiam habent voluptates, & crepundia sua magni aestimant, ceterisque rebus preferre non dubitant, quas tamen viri politioris judicii nihili faciunt: ita & Tyranni & alii pravi ayeus oris tñs ñdovñs èllagrovñs & èleusigivs, suas habent voluptates, quæ tamen virorum bonorum judicio revera tales non sunt.*

XXXII. *In seriis itaq; non in ludicris esse positam beatitudinem hæc insuper edocent 1. quia ita iudicat vir bonus & honestus, qui omnibus ludis & facetiis actiones laudabiles anteponit. 2. Planè stolidum & nimis puerile est, actiones suas referre ad res ludicas. Nam ludus est παιδια relaxatio quedam, & animi recreatio: est ἀνάπαυσις & requies, vel ut Plato in Philæbo ait: ἀνάπαυλα τñs σωμάτiñs ñ παιδiα. Nam eâ ferè de causâ requiescimus, & nos relaxamus, ut melius & contentius postea ad labores & studia nostra prosequenda, velut recentes, redire possimus. Hinc Anacharsis eleganter dixit: LUDENDUM, UT STUDEAS, NON STUDENDUM UT LUDAS.*

XXXIII. *3. Quia virtus, cuius functio est beatitudo, non in ludicris, sed in seriis ac gravibus rebus posita est. 4. Quia & mancipia voluptatum quoque corporis participes esse possunt: in servos autem non cadit beatitudo, cum virtutis actiones, in quibus tamen vita beata consistit, eorum sint nullæ. Nam cum alieno pareant imperio, non possunt istis rebus honestis vacare.*

XXXIV. *Hæc in genere de beatitudine: quæ in specie considerata est duplex: diæpsin contemplativa & æquulæ activa: quæ ita inter se comparantur, ut illa huic preferatur. 1. quia in præstantissima hominis parte, scilicet mente, residet: 2. quia tūra est præ felicitas est maximè actuosa & assidua, qualis actio in primis est sapientia, qua minimè defatigamur. c. 2.*

XXXV. *3. Quia nulla actio est, quâ puriores & firmiores voluptates sentiat homo, quam studium sapientiae: Puriores quidem, ratione materiæ. Firmiores verò ratione rerum, in quibus versatur sapientia: Sunt, quippe res omnium firmissimæ, nec variantur & mutantur instar rerum Politicarum: Felicitatem autem cum voluptate permistam esse oportet. 4. quia felicitas*

B 2 est



est summum bonum autem, se ipso contentum, quia in primis est sapientia, quae ab homine sapiente vel sine bonis externis exerceri potest.

3. XXXVI. 5. Quia contemplatio propter se sola expeditur, non item actio. Nam contemplatio non commodi alicuius externi, sed sui ipsius causâ sit, intra se tota vertitur. 6. Contemplatio est otiosa, actio negotiosa. Ergo hæc illâ magis propria est beatitudinis, magisque accommodata: Ratio connexi est: quia beatitudo est in otio & quiete: quid ita? quia beatitudo est τέλος, ut & orium: nam otii causa est negotium. Sic nemo si autem bellum propter se, & ταλευειν εργα suscipit, sed potius, ut partâ victoriâ in pace vivere possit.

Contemplativa felicitatis definitio.

XXXVII. Atq; hinc non incommodè huiusmodi potest elici felicitatis Theoreticæ definitio, quod sit animæ munera functio secundum sapientiam instituta, & quidem in vita perfecta.

XXXVIII. Constat quoque hominis felicis vitam planè esse divinam, non tantum humanam: Transigitur quippe ab homine, non οὐθεωπός, quâ homo, sed οὐθεωπός, quatenus divinum quoddam in se est. Illud autem divinum, mens nimis, quantoperè differt à corpore vel toto compositio, nempe homine: tantoperè etiam actio secundum sapientiam differt ab actione secundum virtutem moralem.

Instant. XXXIX. Neq; moramur illorum ἀριθμία, qui urgent oportere οὐθεωπίνα φεοντιν, οὐθεωπον ὄντα: καὶ θυτὰ, θυτὸν, humana sapere eum, qui homo sit: mortalia eum, qui mortalis sit. Nam debemus nos οὐθεωπάτιζεν & à mortalitate vindicare: quod fit, si ex præstantissima nostri parte vivamus: & licet hæc fit τῷ ὅγνῳ mole parva, tamen τῷ δυναμει καὶ τιμότητι, & pretio est maxima. Unde sequitur: vitam, menti convenientem, esse homini jucundissimam.

Vita & beatitudo  
Theoretica  
præstantior  
est practicā.  
Rat. I.  
2.

XL. Cognitâ sic contemplativâ, sequitur ut consideremus ACTIVAM quæ illi multum concedit. 1. Contemplativa versatur circa res divinas, omniumque perturbationum est expers: Activa circa res humanas & perturbationibus est obnoxia. 2. quia contemplativa parum indiget bonis externis: activa iisdem carere nequit. cap.8

XLI. 3. quia contemplativa proprius DEORUM vitam simulatur, quam activa: nam cum Deos otiosos fingere nefas sit, utiq; vel aliquid agent, vel efficient, vel contéplabuntur: Sed duo priora



priora à Diis longissimè absunt, neque etiam contrahunt, permittant, aut instar hominum deliberant: utique relinquuntur, quod in contemplatione divinam vitam agant. 4. Quia contemplatione magis recedimus à vita belvina, & proprius accedimus ad vitam beatarum mentium, quam activā: nam felicitas eo usque ferè extendit, quo usque contemplatio.

XLII. At verò hinc neminem licet inferre: Felicem non indigere bonis internis. Nam 1. natura ad contemplandum non est sufficiens, sed dum in corpore existit, corporis etiam administratoris opus habet: Veruntamen non multis & magnis rebus indiget, sed mediocri conditione se sustentare potest: Fieri quippe potest, ut etiam illi, qui nec mari nec terrae imperant, honestas ac laudabiles præ aliis obeant actiones. 2. quia idem veteres senserunt, Solon in primis & Anaxagoras, qui existimārunt, felicem tantum mediocribus bonis indigere, nec mirum esse, si imperitæ multitudini ridiculus videatur: *τοις ἐκτὸς τέτων ἀλεσμένοι μένον: Vulgus enim saltem ex specie externa de rebus judicare solet.*

XLIII. Hactenus sufficienter explicatum esse confido, quomodo vita beata rectè sit instituenda: Nunc Philosophus Ethicæ doctrinæ colophonem impositurus, decenter auditoribus suis φιλοκάλοις valedicit, & tractat de huius fine, quod scilicet pura puta cognitio virum bonum non constitutat & absolvat. cap.9.

XLIV. Beati itaque ut evadamus, non solum præcepta sufficiunt. Nam. 1. οὐ τοῖς πρόπτοις οὐκ εἰσὶ τέλος, τὸ διωγῆσαι, ένασα καὶ γνῶναι, αλλὰ μᾶλλον τὸ πρόπτειν αὐτὰ: in rebus agendis non est finis, contemplari singularia & cognoscere, sed ea potius agere. 2. Si tum sola sufficerent, amplissimis certè præmiis morum Magistri, ex Theognidis sententia, essent afficiendi, & quemvis oporteret his præceptis morari. 3. licet præcepta mentem generosam ad virtutem & mores inflamment & excitent, tamen ignavam & improbam neutquam cohercebunt: Nam neque pudore, virtutis comit, esed metu ad officia sua adigi se patiuntur: neque à rebus turpibus, διὰ τὸ αἰχλὲν ob dedecus & virtutis amore, sed διὰ τὰς τιμωρias formidine pœnæ abstinent: sed sunt vitiorum & voluptatum plus quam beluinorum mancipia. 4. Dolores contrarios fugiunt: verarum autem, quæ honestatem comitanur, nec notio nem quidem nullam habent; quia nullam eorum partem gustarunt.

Felice indigat bonis externis.

Ratio. I.

2.

Sola virtus  
in cognitio  
non facit  
virum beas

Rat. I.

2.

3.

4.



- Requisita ad efficiendum virum bonum.*
- XLV. Principia autem beatitudinis sunt. 1. φύσις NATURA quæ non à nobis, sed à DEO est. 2. διδαχὴ DOCTRINA, cui tamen præstat necesse est. 3. τὸ ἐθός consuetudo: Nam ea anima. 1. Natura mus adolescentis subigatur, veluti humus, quæ facultatem alendi semen habitura est, ita ut virtutibus studeat, & à vitiis abhorreat. Qui enim perturbationibus obtemperat, ut ex iis vivit, neque ea, quæ dicuntur, audit, neque audita etiam intelligit.
  3. *Consuetudis.* XLVI. Hæc ut locum habeant, accedat necesse est 4. INSTITUTIO recta, ἀγαγνη ὁρᾶ, quæ suo fructu non carebit, si juxta legum præscripta adhibeat, 1. ut his minori cùm molestia assuecant pueri 2. ut ad ea, quæ alioquin aliis minus sunt grata, adolescentes vi & autoritate legum pertrahantur.
  4. *Institutionis.* XLVII. 3. Ut adultiores illis virtutibus, quibus adsueverunt persequendis & excolendis strenuè pergant. 4. Ut mali, qui ultrò quidem non parent, & naturā ignaviores sunt, corrigi tamen interim possunt, poenarum metu à vitiis coherceantur, & non secus ac jumenta, dolore puniantur.
  - Leges ad educationem seu disciplinam requiriuntur.
  5. XLVIII. 5. Ut in pœnis illis maximè dolores inurantur, qui voluptatibus illis quas adamant maximè, adversantur: & qui corrigi nequeunt, & αἰτιοὶ insanabiles sunt, prorsus è republica exterminentur. 6. Ut homines in officio continantur & cogantur. 7. Odio non gravantur leges sicut homines, qui improborum cupiditatibus sese opponunt.
  - XLIX. Quia verò paucæ Respublicæ Lacedæmoniorum similes reperiuntur, quibus educatio publica legibus caveatur, in eam curam incumbendum est, ut omnium suffragio educatio communiter instituatur. Quod si ne hoc quidem obtineri poterit, parentum & amicorum erit officium: quorum illi hoc maximè efficere posse videntur, qui legum ferendarum scientiæ fuerunt consecuti. Nam cùm institutionis & disciplinæ publicæ procuratio perspicuè legibus continetur, tum ea bona est institutio, quæ bonis, sive sciptis, sive consuetudine receptis continetur.
  6. *Institutionis privatae & publicæ.* L. Privata verò cum publica educatione, quo ad præcepta, eadem esse debet, ut nihil referat, an unus privatim, an plures publicè instituantur, ut in Musica, gymnastica, ceterisq; disciplinis aliis. At privata ut facilior respectu, personarum, ob majorem inter parentes & liberos συγγένεια, generis communitatē: & τὴν εὐγένειαν seu beneficiorum à parente acceptorum magnitudinem: Ita difficultor est, si ipsam disciplinam intueamur.

LI. Nam



LI. Nam sicut in medicina uadib[us] in universum febricitanti conferunt  
inedia & queis: & exquisita, tertiana laboranti: & in pugillatoria, Magister  
pugilum non omnes discipulos pariter eodem genere pugnae exercet: Ita in  
educatione & institutione iuventutis aliter cum omnibus simul, & aliter cum  
singulis est agendum.

LII. Idcirco legi latorem oportet scire, quid singulis & quidem  
omnibus in universum conveniat, ita tamē, ut rā uadib[us] universalia  
non penitus negligat. Nam licet interdum sp[ec]ialia experientia in  
particularium cognitionem, præterito universali, ducat: perito ta-  
men perfectoque artifici, universalium comparanda est scientia: quia 1. in  
his singularia continentur. 2. nō ēius in plurib[us] uadib[us] scientia est rei uni-  
versalis, quæ vel in primis requiritur in eo, qui alios reddere co-  
natur meliores.

LIII. Hæc autē modetim, sive generalis rerum scientia, non nisi à præ-  
ceptoribus, & magistris legū est petenda: sicut & in cœteris arti-  
bus & sciētiis, eosdē videmus & facultatē agendi tradere, & facul-  
tatis munere fungi, ut medici & pictores: licet hīc discrimin' esse  
videatur, quod sophistæ precepta; Politici, praxin proponant.  
modetim  
nū  
unde discen-  
da.

LIV. Sed cum Politicorum tria sunt genera: unum Politicorum,  
alterum sophistarū: Tertium eorum, qui simul & Philosophi & Politi-  
ci: scientia legum ferendarum à singulis non est petenda: 1. non  
à Politicis, quia magis duximus, nō à sp[ec]ialia facultate & experientia, quam  
diuolat nō ēxistim' ratione & scientia Rēpublicam administrant,  
hoc est, tō dīcī saltem sciunt, tō dīcī vero ignorant.  
1. non 1. Po-  
liticis.

LV. 2. Non à sophistis 1. quia dixerunt, politicam esse eandem  
cum Rethorica, aut etiam peiorē. 2. existimārunt rationem san-  
ciendi legem esse facilimam. 3. In sola commentariorum lectione  
contemplationeque subsistent, quæ iis tantum prodest, qui  
eam ad usum revocant, ut inde sibi suæq[ue], Reipublicæ, quod imi-  
tentur, capiant: nisi ex accidente. 1. ut fortuitò leges meliores eli-  
gant. 2. aut alienarum legum cognitionem consecuti videantur.  
2. non à So-  
phistis.  
Ra. I.

LVI. Sed 3. ab illis qui simul sunt Philosophi & Politici; ab illis præ-  
cepta: ab ipsis exempla accipiuntur: id quod in libris politicis erit  
præstandum.

LVII. Ub 1. ea, quæ præclarè de hac re à veteribus sigilla-  
tim literis narratae sunt prodita, sunt persequienda. Deinde  
ex Rerū publicarum formis undiq[ue] collectis, quæ res civitatibus  
& singulis rebus publicis interitum afferant, & quibus de cau-  
sis aliæ bonæ, aliæ secus administrētur, exponenda. 3: Qui sit optimus  
Sed 3 à  
Philosophi  
& Politici.  
Transitio  
ab Ethica  
ad Politi-  
cam ubi  
Tria.  
I.  
2.  
3.

optimus Reipublicæ status, & quibus unamquamque Rempubli-  
cam institutis, quibusque legibus ac moribus temperati conve-  
niat ad id, ut sit optima, declaranda: ut ita ista Philosophiae practice  
doctrina planè & plenè sit absoluta.

## PROBLEMATA.

### 1. Utrum Felicitas sit cœquenda an vero expletio seu Voluptas animæ rationalis ab actione secundum virtutem?

Simonius &  
acij afferunt  
rationes  
pro Volup-  
tate.  
1. Ratio.

Prosylogis-  
mus.

1.

2.

Autori-  
tas.

2. Ratio

3. Ratio

**S**IMONIUS & alii quidam statuunt genus Felicitatis non esse cœquendam operationem vel muneric functionem, prout in th: 37. & disp. 2. suprà dictum: Sed potius expletionem animæ &c. Rationes afferunt sequentes: I. Felicitas seu summum bonum est finis ultimus seu extremus. Actio secundum virtutem non est finis ultimus. E. Maior patet è lib. 1. Eth. cap. 1. Minor rationibus & autoritate sic confirmari potest. I. Omnis motus sit alicuius finis gratia, lib. 10. Ethic. cap. 4. Omnis actio est motus. Nam in categoria actionis ponuntur, quæ motum significant. Ergò omnis actio sit alicuius finis gratia. 2. Quicquid sequitur actionem, posterius est: Voluptas sequitur actionem. E. Minor est Philosophi lib: 10. Ethic. c. 4. Autoritas est lib. 1. Eth. cap. 1. Omnis actio & electio bonum aliquod appetere videntur. Et cap. 4. lib. 10. perficit voluptas actionem non ut habitus, sed ut finis. II. Felicitas est optimum, quo melius dari non potest. lib. 1. Ethic. cap. 12. & c. 4. lib. 10. Actione secundum virtutem melius dari potest, Ergò felicitas non est. Minor ratione & autoritate probatur: quod perficit, melius est eo, quod perficitur. Voluptas perficit actionem lib. 10. Eth. cap. 4. Ergò voluptas maior est actione. Autoritas Philosophi est lib. 7. Eth. cap. 2. & 13. ubi dicit quandam voluptatem esse optimum quid. III. Voluptas est optimi animi constitutio seu effectio, quâ animus acquiescit, & optimè sese habet: sed voluptas animi, non actio est talis constitutio. Ergò Maior declaratur, quia tū demum, aliquis se felicem prædicat, quando post actionem sentit quietem in ani- mo;



mo: *Minor* suadetur ex eo, quia animus cognoscens percipit voluptatem, dum intelligit actionem fuisse recte institutam. Quae satis factio & expletio mentis non actio, sed voluptas dicitur. IV. Quod omnia animalia appetunt naturae instinctu, est summum bonum: Sed voluptatē omnia animalia a naturae instinctu appetunt. Ergo est summum bonum. Ratio Majoris est, quia bonum definitur, quod sit id, quod ab omnibus maximè appetitur. V. Cuius contrarium est summum malum, illud est summum bonum: sed voluptatis contrarium scilicet dolor & miseria, est summum malum, à cunctis per se fugiendum. Ergo voluptas est summum bonum. VI. Quod propter se expetitur: illud est summum bonum lib. 1. Eth. cap. 7 Huiusmodi est voluptas. Ergo. *Minor* è lib. 10. Eth. cap. 7. ita confirmatur, quia nemo querit ex altero, cuius rei gratia voluptate afficiatur. VII. Quicquid cæteris bonis additum reddit illa magis expetenda, illud est summum bonum: Voluptas hoc præstat, Ergo. *Minor* probatur, quia si, verbi gratia, ad actionem iustum & liberalis & fortis adiungatur voluptas, tunc illa redditur melior & optabilior. Verum enim verò si mentem Philosophi diligentius perpendamus, tantum abest, ut felicitas sit voluptas, ut vel hæc inter PER SE expetenda numerari non possit. Ac primo quidem inficias ire non possumus, quod Felicitas non sit absque voluptate: aut enim est ipsa voluptas, aut non sine ea lib. 2. Mag. Mor. c. 10. Addatur & hoc, quod nec actio secundum virtutem sit sine voluptate: adeò enim conjunctæ sunt, ut separari non possint, ita ut ambiguum sit, an eadem sit actio cum voluptate. lib. 10. Eth. cap. 4. & 5. Aliud enim revera est actio, aliud voluptas, ut ibidem dicitur. Hoc ergo demus Simonio, quod actio efficiat voluptatem, si naturæ conveniens est: negamus verò quod Felicitas potius sit voluptas, quam actio. Tota enim controversia in eo posita est: Utrum voluptas præstantior sit, quam actio? Nam hoc cognito, cum Felicitas sit summum Bonum, optimum & perfectissimum, facile patebit, An ipsa potius posita sit in voluptate, an in actione: hanc principalem controversiæ causam obiter significavit Aristoteles lib. 10. Eth. cap. 4. Cum enim dixisset, voluptatem & actionem in felicitate inseparabili nexu cohærere: addisset etiam voluptatem actionem perficere, ne quis vitam felicem potius ponat in voluptate, quam actione, hoc subiicit dubium: utrum propter voluptatem expetamus vivere, an propter r̄b̄ḡ vivere, voluptatem? His verbis ansam nobis præbet,

Voluptas  
non est sum-  
mum bo-  
num.



bet diligentius cogitandi de hac quæstione : Et quanquam ab ipso Philosopho ex professo non tractetur in his, quæ ad nos pervenerunt scriptis, omnes tamen uno ore consentiunt, quod secundum ipsum potior sit *έργεια* actio, & quod voluptas expectatur propter vitam, non vita propter voluptatem. Et hoc plenius cognoscitur ex eo, quo ostenditur, quâ ratione voluptas perficiat actionem, ex 2. Mag. Moral. cap. 12. Iam sufficiat unica & quidem potissima ratio : Quicquid ab actione bonum redditur, & actionis gratia expetitur, id minus bonum est, quam actio : Voluptas ab actione redditur bona, & huius gratia appetitur &c. Ergo voluptas minus bona est, quam actio.

Minor probatur : ut enim hæc voluptas

mala dicitur, quæ fluit ex actione mala ; sic ea voluptas bona est, quæ fluit ab actione bona.

Concludimus ergo operationem esse potriem Voluptate. His cognitis, quid respondendum sit ad rationes Simonii & aliorum, breviter significabimus. In prima ratione negatur minor :

Quæ vero probationis loco afferuntur, nihil concludunt, Nam in priori ratione magna est *όμωνυμία* in vocabulo Motus.

Nam in categoria actionis illud latissime sumitur, pro quavis operatione tam voluntaria, quam naturali. In 3 lib. Phys. Strictius tantum pro re naturali. In 5. Phys. strictissime pro eo tantum motu, qui fit in tempore.

Etsi igitur felicitas sit motus in primo significatu, non tamen in tertio, de quo major loquitur. In posteriori aliud est

sequi actionem, ceu proprium adjunctum, aliud tanquam finem, cuius gratia actio primò ac per se instituatur. Voluptas sequitur actionem, sed non ut finis, verum ut proximum adjunctum, quod patet ex 1.10. Eth. c. 4. ubi Philosophus inquit: Voluptas perficiat actionem, non ut habitus quidam, qui inest, sed ut finis quispiam postea evadens, sicut voluptas & pulchritudo in iis, qui in flore ætatis sunt, hoc est, sicut se habet pulchritudo ad juventutem : sic voluptas ad actionem, modò pulchritudo nec sit efficiens, nec finis juventutis proprius, sed comes quasi seu proprium adjunctum.

Quod non tantum similitudine hac voluit Philosophus ostendere, sed etiam per finem postea accedentem. Authoritas Philosophi ex libro primo

Eth. cap. 1. conceditur, interea additur hoc, quod dictum bonum scu finis ab ultima actione diversum quid non sit, teste Philosopho libro 6. Eth. cap 5. Effectio finis diversum quid, sed actionis finis non semper est alias. Nam ultima actio est ipse finis lib. 2.

Eth. c. 12. non omnium actionum finis, diversum quid est, sed ea-

Responsio  
ad Ratio-  
nes Simo-  
nii & alio-  
rum.

ad 1.

ad probas.

1.

ad probat.

2.

ad autorem

Philosophi

è lib. 1.

Eth. cap. 1.

rum tantum, quæ ad naturæ perfectionem deducunt. Define ac-  
cidentario intelligit, quæ de voluptate afferuntur, ex. 10. lib. c. 4.  
Nam voluptas finis est ~~invenit~~ postea accedens, sicut venustas  
est finis perfectæ staturæ. In 2. minor similiter negatur: Ad pro-  
bationem quod attinet, tenendum est, voluptatem non perfice-  
re, sed potius adiuvare perfectionem, quæ fit ab ipsa recta ratio-  
ne. Nam hæc est natura hominis, ut præsentiens suavitatem fu-  
turam, alacrius agat, quamvis vir probus & si nulla subesset sua-  
vitas, tamen ageret propter virtutem. *Autoritas Philosophi l. 7. Eth. c.*  
*12.* sic est intelligenda: Voluptas est optimum scilicet ratione a-  
ctionis, ut per voluptatem sic intelligatur ipsa iucunda actio.  
Nam voluptas bona est propter actionem bonam: mala, propter  
malam. *In. 3. ratione negatur Minor.* Non enim voluptas, sed ipsa  
actio est, in qua acquiescimus, quatenus hæc per reminiscientiam  
consideratur & voluptas tamen eius est accidens. *Ad 4. respondetur. i.* *ad. 4.*  
Per inficiationem Majoris, tūm quia animalia non semper vera, sed etiā  
apparenter bona appetunt, tūm quia ille appetitus nō est sufficiēs  
signum summi boni, cūm multæ adhuc essentiales conditiones,  
requirantur. Deinde ad minorem, non omnia maxime voluptatem  
appetunt, sed magis optamus illud, cum quo complicata est volu-  
ptas. *Ad. 5.* Per inficiationem minoris eiusq; probationis, tūm quia dolor per  
se non semper est fugiendus, præsertim homini forti, tūm non per  
se vitandus, tanquam summum malum, sed tanquam summi mali  
affectione. Longè n. deterior est actio vitiosa, quam dolor. *Ad. 6. itidem ad. 6.*  
per inficiationem Minoris, eiusq; probationis: Voluptates enim non per se  
appetuntur, sed propter aliud, ut videlicet agētes suavius ac prom-  
ptius sua munia obeant: Itaq; propter actiones queruntur. Quod  
autoritatem Aristotelis attinet, illa tantum summam connexionem  
delectationis ac operationis infert. *Ad 7. respondetur per inficiationem ad. 7.*  
Majoris, quia si illa essent vera, sequeretur etiam virtutem esse sum-  
mum bonum, siquidem illa adjuncta ceteris bonis eadem reddit  
magis expectanda, adeoq; multa forent summa bona, quod esset  
absurdissimum.

2. *Utrum duæ sint species Felicitatis humanae, altera*

*contemplativa, altera activa?*

Vulgaris est assertio, q; duæ sint species Felicitatis, altera in contéplâ-  
do, altera in agendo occupata: illa divina, ista civilis nuncupatur,  
*Hæc divisio de diversis specie subjectis intellecta,* ita ut divina ad



substantias corporeas, civilis ad homines referatur, nullam parit  
controversiam. Quod verò nonnulli utramque speciem diversam in homi-  
re ponunt, & insuper addunt aliquos homines esse felices, felicitate contempla-  
tivâ, alios practicâ, hoc veritati non videtur consentaneum. Iccircò pla-  
cet ipsorum rationes hîc examinare.

**Rationes.**

1. Ratio, si una esset Felicitas contemplativa & activa, Felix simul esset sapiens & ju-  
stus: Sed non hoc, Ergò nec illud. *Minor probatur*: quia felicitas  
contemplativa est èréyeta sapientiæ, practica est èréyeta justitiæ uni-  
versalis. Ut igitur sapientia absque justitia esse potest, sic felici-  
tas contemplativa absque practica.
2. Si una est felicitas contemplativa & practica, nemo hominum erit felix: Sed hoc absur-  
dum. Ergò & illud. *Ratio conculati est*: quia nemo hominum  
reperitur, qui simul sit sapiens, instruatus rerum omniū scientiâ;  
& justus, omnibus virtutibus moralibus præditus. *Assumptum pa-  
tet*, quia sic doctrina de felicitate frustrâ institueretur.
3. Disciplinarum specie distinctarum fines sunt specie distincti: Politicæ  
& prima Philosophia sunt specie distinctæ. Ergò etiam fines:  
*Et per consequens*, cùm Politicæ finis sit felicitas Practica, primæ  
Philosophiæ Theoretica, sequitur practicam etiam felicitatem  
specie distinctam esse à contemplativa.
4. Quæ sunt in subjectis  
specie diversis, semper differunt: Felicitas contemplativa & Pra-  
ctica sunt in subjectis specie diversis. Ergò specie differunt.  
*Minor ex lib. i. Eth. cap. 7. probatur*, ubi ponitur duæ partes ani-  
mæ rationalis. Mens seu ratio, & Appetitus rationi optemperans,  
& ostenditur, quod utraque felicitate imbuenda.
5. Divinum  
specie differt ab humano: Felicitas contemplativa est divina,  
Practica humana. Ergò specie differunt. *Minor de felicitate  
contemplativa legitur lib. io. Eth. cap. 7. de felicitate practica  
tanquam humana.* *Ad resolutionem problematis huius, hæc præsup-  
ponimus*. 1. quòd in Ethicis in primis differatur de felicitate  
humana, ut expressè docet Philosophus lib. i. Pol. cap. 13. Patet  
etiam ex toto tractatu de felicitate in io. Eth. Nic. 2. Felici-  
tatem hanc non unam esse, non duplicem, nisi forte ratione par-  
titur beatum. 3. Firmiter statuimus, hominem non posse dici beatum  
& contem-  
plando, & non agendo: vel agendo & non contemplan-  
plando & do. Nam utrumque requiritur propter sequentes rationes: 1. Felici-  
tas est optimum bonum: sapientia absque virtute morali, vel vir-  
tus moralis absque sapientia non potest dici optimum bonum.

**Ad resolutionem problematis huius, hæc præsupponimus.**

1. quòd in Ethicis in primis differatur de felicitate humana, ut expressè docet Philosophus lib. i. Pol. cap. 13. Patet
2. etiam ex toto tractatu de felicitate in io. Eth. Nic. 2. Felicitatem hanc non unam esse, non duplicem, nisi forte ratione par-
3. firmiter statuimus, hominem non posse dici beatum. 3. Firmiter statuimus, hominem non posse dici beatum  
& contem-  
plando, & non agendo: vel agendo & non contemplan-  
plando & do. Nam utrumque requiritur propter sequentes rationes: 1. Felici-  
tas est optimum bonum: sapientia absque virtute morali, vel vir-  
tus moralis absque sapientia non potest dici optimum bonum.

**Rat. I.**

Ergo

Ergò nec sapientiæ actio sine virtute, nec virtutis actio sine sapientia dici potest. Major è Philosopho patet passim. Minor probatur, quia melius est esse sapientem simul & virtute præditum, quam alterutrum tantum habere. 2. Felicitas est bonum se ipso contentum: sapientia non est bonum se ipso contentum: sicut nec iustitia: Ergò nec iustitia, nec sapientia seorsim sumta dici potest humana felicitas. Major ex I. I. Eth. c. 7. probatur. Minor nota est de sapientia, quia πεπονιστηται τὸ άνθρωπον ad humanè se gerendū necessariò requirit virtutes morales I. 10. [Eth. c. 8. quin imò actiones virtutū moraliū dicuntur humanæ in 10. Eth. c. 7. Quod etiā iustitia se ipsa contenta non sit absq; sapientia, quilibet facile intelligit, cum sapientia solum perficiat intellectum. 3. Improbus non est felix: homo sapiens sine virtute morali est sapiens, non improbus: Ergò homo sapiens sine virtute morali non est felix. Major constat, quia cum improbus sit malus, felicitas tantum abest ut sit mala, ut potius sit optimum bonum. Minor nota est; quia probitas pendet à virtute morali: improbitas à vitiis. Homo autem agit, & agendo habitum sibi comparat, si non comparat virtutem, comparat sibi vitium. 4. Stultus & insipiens non potest dici felix: justus sine sapientia est stultus & insipiens. Ergò justus sine sapientia non potest dici felix. Major patet, quia stultitia & ignorantia est res mala, & eò peior, quò sapientia est præstantior. Felicitas autem res optima dicitur: quin imò si Philosophum respicimus in 10. Eth. 6. & 7. sola sapientia est virtus perfectissima, quia hominem primò felicem reddit: Virtus autem moralis tantum secundariò facit ad felicitatem. 5. Posito toto ponuntur omnes partes principales: operatio sapientiæ & actio virtutis moralis sunt partes felicitatis. Ergò felicitas non potest esse sine utraque. Minor probatur quia felicitas hominis inest anima rationali: Huius autem duæ sunt partes præcipuae: altera quæ habet rationem ex se: altera, quæ rationi obtemperat. Sicut igitur tota anima felicitate imbuitur: Sic partes principales felicitate imbuiuntur. Concludimus ergò duas esse partes principales felicitatis humanæ, alteram, quæ beatam reddit mentem: alteram, quæ in agendo informat appetitum, tamen species dici non posse præsertim tales, quarum altera sublatâ homo felix dici possit. Exposita sic vera sententia, contrariæ rationes haud difficulter solventur. Nam in. I. negatur minor: non enim dari potest homo felix, qui non sit imbutus & sapientia & virtute mo-

Ad con-  
trarie par-  
tis rationes  
responde-  
tur.

C 3 rali.



ad. 2.

et. Ad probationem dicitur, quod quidem sapientia possit esse sine justitia & vice versa, in homine infelice: Sed ut homo dicatur felix & assecutus summum & optimum bonum, utrumq; requiritur. In 2. ratione negatur assumptum, quo dicitur, absurdum esse, neminem reperiri beatum. Nam hæc doctrina de felicitate non ideo proponitur, ut homo debeat sibi perfectissimam hanc beatitudinem comparare, sed sufficit, quantum fieri potest, quam maxime ad eam accedere. Est enim instar metæ, ad quam omnes tendunt & si nullus eam exquisitè forsitan tangat. Nec valet: Nemo datur perfectè felix: Ergo hæc doctrina est rejicienda. Nam hac ratione omnes propemodum practicæ doctrinæ essent rejiciendæ, omnesque virtutes. Nam nemo forsitan reperitur, qui integrum & perfectam sibi justitiam, fortitudinem comparaverit. Ut interim nihil dicam de pietate, cuius præcepta traduntur, quamvis nemo in hac vita illis perfectè obediens valeat. Statuta & leges feruntur in civitate, quibus omnibus & singulis non semper ad amissim satis fit. Retinentur tamen, ut quantum fieri potest, ipsis satisfiat. In 3. conceditur hoc, quod quidem in se consideratæ operationes sapientiæ & virtutes Morales specie différant, sed quatenus concurrunt ad felicitatem constituendam, unam specie constituunt. In 4. negatur felicitatem esse in subiecto specie diverso: Nam anima una est, facultates autem animæ sunt diversæ, propter diversa objecta: atque una est anima & unum subiectum, quod pro diversis subiectis, dicitur mens, dicitur quoque appetitus. In 5. distinguendum est inter divinum propriè sic dictum, & per similitudinem. Major loquitur de illo: de hoc Minor. Nam anima nostra dicitur divina, quia instar divinæ substantiæ intelligit: Interea quatenus corpus informat, humana est.

ad. 3.

ad. 4.

ad 5.

3. *Utrum felicitas Theoretica, an Practica sit constantior ac firmior.*

Anceps  
Aristotelis  
sententia.  
Prior.

In hoc problemate anceps videtur esse Aristotelis sententia: Nam lib. 2. Eth. cap. 10. Felicitatem practicam firmiorem esse ait, quando inquit: Nulla in re humana tanta inest fortitudo, quanta in iis actionibus, quæ ex virtute prodeunt. Nam scientiis ipsis stabiles & diuturniores esse videntur: Et in lib: 10. cap. 7. oppositum videtur affirmare, dum comparans scientiam cum Morali

rali bono inquit: ἐτι δε συνιχεῖσθαι. Σιαρέτις την πολύπολισμα ευρχας Πόλεων.  
μᾶλλον, ἢ τραπέζη οτιον: præterea contemplatio maximè assidua est.  
Nam res assidue contemplari magis, quam quidvis agere possu-  
mus. Et post pauca: Sapiens dum speculatur, non eget alio.  
&c. Ut diluatur hæc apparens contradic̄tio, notandum: Felicitatem ad nos  
relatam, bifariam dici posse: vel de habitu: vel de actione. Si de ACTIONE, <sup>Elio solvē</sup>  
moralis actio duplex est: Interna una, altera externa: Si loquimur de interna, <sup>Apparens</sup> <sup>contradi-</sup>  
ea est constantior, quia per virtutem Moralem semper intus parati  
sumus ad agendum, ut decet, at non sic se habet de contempla-  
tione. Si loquimur de externa actione, de hac verum est, quod ege-  
mus alio, attamen minus assidue volemus agere, quam contem-  
plari. Utilis est hæc scitu & valde necessaria distinctio actionum in ex-  
teriores & interiores. Nam haec, quæ exteriores vocamus nihil aliud sunt, <sup>Actiones</sup> <sup>exteriores</sup>  
quam variæ multiplicesque utilitates, quæ extra agentem foras  
prorumpunt: & cum in Rempub: tum in privatos redundant.  
Cuiusmodi sunt actiones fortes, liberales, & id genus aliæ publi-  
cè privatimque multis modis fructuosa, quæ interiores illas, nisi  
nervis destituantur rerum gerendarum, sequi semper solent. At <sup>Interiores</sup>  
internæ actiones vel nervis destituta, solitam nihilominus meren-  
tur commendationem. Exteriores autem non propter se commenda-  
ri solent, sed saltem propter interiores. His namque interioribus so-  
lis unico & principe rerum agendarum fine continetur humanæ  
industriæ parabilis beatitudo. Si loquimur de habitu, affirmare possumus,  
Moralem esse firmiorem: 1. ob internas actiones magis assiduas: 2. quia  
assuetudine non disciplina acquiritur, & ob id minus oblivioni  
subiicitur. 3. quia est habitus magis necessarius, & ho-  
mo non potest assequi summum bonum contem-  
plationis, nisi ornatus sit summo bo-  
no morali.

21 M I T

CON-




*8K*  
*the*  
*264*  
CONCLVSIO.

**V**Idisti, *Mens generosa*, quibusnam  
mediis beatitudinis arcem possis  
conscendere: Tuū iam erit, ut agendo  
ista, quæ vidisti & cognovisti, laudem  
Cornelii Taciti, quâ Germanos ma-  
etasse, in li mine primæ disputationis  
dicebatur, recipere, sustinere, & con-  
servare possis, & amplificare quòque  
indefessâ tuâ industriâ, quâ Fortitudi-  
ni, Temperantiæ, & reliquis virtutum  
speciebus operam naves, fugias è con-  
tra cane magis angueq; opposita il-  
lis vitia: Hoc ut fiat, summi IE-  
HOVÆ H precor bene-  
dictionem & gra-  
tiam.

FINIS.

*Kon*

# Farbkarte #13



Q.K. 351,31.

T,166.

DISPUTATIONUM ETHICARUM  
UNDECIMA JUXTA AC ULTIMA  
DE

# Voluptate & Felicitate Contemplativa.


è lib. 10. ήθικῶν Νικομάχεια,

Quām  
J E H O V A H P RÆS I D E  
In Illustri L I P S I E N S I Academia

M. A N D R E Æ B A U E R  
G I Z E N S I S  
sub moderamine

J OHANNES HEINTZIUS JOACHIMI-  
CO-VALLENSIS art. lib. & Philosoph. Baccal.

Ad d. 28. Septembris horis & loco solitis.



L I P S I E ,  
Describebatur apud Laurentium Cober.  
ANNO M.DC.XVI,